

aut imperium orbis terrarum, nihil aut in metum aut in spem medium, ostentatur. Cum maxime haec imperator apud Carthaginienses, duces suarum gentium inter populares, pleraque per interpretes inter immixtos alienigenas agerent, tubae cornuaque ab Romanis cecinerunt, tantusque clamor ortus, ut elephanti in suos, sinistrum maxime cornu, vertentur, Mauros ac Numidas. Adidit facile Masinissa percussis terrorem, nudavitque ab ea parte aciem equestri auxilio. Paucae tamen bestiarum intrepidae in hostem actae inter velitum ordines cum multis suis vulneribus ingentem stragem edebant. Resilientes enim ad manipulos velites... hi quoque in suos dextrum cornu, ipsos Carthaginienses equites, in fugam verterunt. Laelius ut turbatos vidit hostes, adidit percussis terrorem.

Liv., *ibid.*, 34. 1

Utrinque nudata equite erat Punica acies, cum pedes concurrerit, nec spe nec viribus iam par.

Liv., *ibid.*, 34. 3—13

Igitur primo impetu extemplo movere loco hostium aciem Romani. Ala deinde et umbonibus pulsantes, in submotos gradu illato, aliquantum spatii velut nullo resistente incescere, urgentibus et novissimis primos, ut semel motam aciem sentire, quod ipsum vim magnam ad pellendum hostem addebat. Apud hostes auxiliares

ostentatur; Galli proprio atque insito in Italos odio accenduntur; Liguribus campi uberes Italiae deductis ex asperibus montibus in spem victoriae ostentantur; aliis aliae spes ac metus iactantur. Appulis moenia patriae, dii penates, sepulchra maiorum, liberi cum parentibus, coniuges pavidae aut excidium servitiumque aut victoriam et Appuliae imperium, nihil aut in metum aut in spem medium, ostentatur. Cum maxime haec imperatores et duces exercitus hincinde suarum quisque gentium ad suos milites agerent, tubae cornuaque ab Albanis cecinerunt, tantusque clamor simul [f. 130] ortus est... equi... in sinistro maxime cornu convertentur. Italis addidit facile Moses et Giuriza percussis terrorem, nudaveruntque ab ea parte aciem equestri auxilio. Pauci tamen equorum cum tormentis in hostem acti inter scloponariorum scorpionariorum et peditum ordines, multis acceptis vulneribus, ingentem suorum stragem edebant. Nanque dextero cornu ipsorum Gallorum equites in fugam verterunt. Rex Ferdinandus, ut turbatos vidit hostes, addit pulsus terrorem. Utrinque equite nudata erat Appula acies, cum pedes concurrerit, nec spe nec viribus par. Igitur primo impetu extemplo movere loco hostium aciem Albani. Ala deinde et umbonibus pulsantes, in summos gradu illato aliquantum spatii velut nullo resistente incescere, urgentibus et novissimis primos, ut semel